

sus, vt eliceretur, huic decocto adderem zuccatum candi rosatum, quod quia abstergit sine omni erosione, etiam oculorum collyrijs utile est, & hoc decoctum injicerem in locum vulneratum. Nunc de altero, videlicet de principio vulneris, & an videatur dilatandum esse, vt vterque Chirurgus arbitratur, & quidem primus ratione ipsius vulneris, non recta procedentis ad cauitatem pectoris, sed per sinum seu angulum quemdam id faciendum existimat. Alter vero, qui secundo loco dixit, eum sinum non esse ex natura vulneris, sed putat penetrationem factam inter musculum & musculum, vel ex putredine media, quae ad ea loca fluxerit, vel etiam ob magnum eum & violentum motum tussis: quod valde fit verisimile, eò maxime, quod primo rectitudinem percepit cum stilo, nunc vero non, sed quicquid sit ea cavitatis, in profundo est sub musculo, queritur an sit incidendum orificio? ego credo quod non. Primo, quia si fiet apertio vulneris, erit magnum periculum cum pauca utilitate, quia utilitas tantum ea est, vt natura habeat commodiorem exitum, habetis orificio satis amplum, pro tentis imponendis, & exitum sanguinis etiam satis pro re & opportunitate copiosum: & materia, si quae inter musculos defluxit, medicamentis concoqui & educi potest, & si fieri incisio debet, erit ea aut superficialis, & in cunctantum, quae nihil proderit, quia angulus ille in profundo est: aut profunda erit incisio, haec non erit sine periculo, & absconditis musculos, quod absque dubio motui nocebit. Deinde sum cum excellentissimo Doctore, qui dixit rem fieri non posse sine grauissimo dolore, quia membra sunt valde sensibilia. Dolor vocabit materiam ex corpore abundante humoribus ad partem affectam, sequetur inflammatio, tussis, ac tandem putredo etiam ex sanguine illo retento & incrassato. Tertiò, in quarta die, quae est indicatrix septimae, peius habuit: orta tuisis, & effluxit sanguis, ideo dimitterem eum usq; ad septimam, & non potest etiam fieri ante septimam, ideo donec ea transiret, starem interim in ipsis. Curatus est sine ulteriori incisione, & quidem integrè.

CONSILIVM CCCLXXXII.

De brachio vulnerato, & sensu, motu, atque nutritione pro Brixieni Preposito. Casum recitante Bellocato, dicta in colloq. 15. Iunij.



ISTORIA clara est, & satis constat quod multiplex sit laesio in illo brachio, & quidem tot modis quot sunt principia. Primo est principium sensus & motus. Secundo, principium virtutis vitalis. Tertiò, principium virtutis nutritiæ. Et quod liber horum principiorum habet suos riuulos: Primo sunt nerui, per quos deriuatur virtus sensitiva & motiva: per arterias defertur calor & spiritus: per venas vis nutritiæ ab hepate. Hi tres riuuli sunt aliqua ex parte laesi, & secundum huius lesionis proportionem est affectus. Arteria fuit incisa & neruus. Et nos ex quadam necessitate consequentiæ concludimus, licet medici id

A nobis non indicent, quod etiam venæ sint laesi. Hinc sequitur, quod non nutritur, quia venæ non deferunt sanguinem, & percepit etiæ perpetuan frigiditatem in isto brachio. Motus laeditur propter neruos: sensus etiam. Haec est res quæ sensu patet. Sed illud est dubium, vtrum hi riuuli, scilicet nerui, arteriæ & venæ, ita sint incisi, vt nulla planè sit continuitas: an sint ex parte incisi illi riuuli, an planè non sint incisi, sed potius propter materiam influxam sint obturati? Ego incipiam ab arteria & vena. Oportet credere historiæ. Omitto puncturam illam factam ex vulnere: sed quia fecerunt incisionem magnam, & cauterium etiam adhibuerunt Medici illi pro sanguine fistulo, quod cauterium adurit venam & odducit calum, & sic constringitur: ergo probabile valde, quod illa vena separata sit in totum: & quia ignis exiccat, & hinc vena facta breuior, & sic non potest bene continuari, quia ad hoc ut continuatur, requiruntur duo, vt sint molles, & vt se inuenient contingent. Sed hic sunt duo. Primo, ignis qui aduersit, & fecit partem duriorem. Et secundò etiam breuiorem: & sic propter breuitatem non poterunt haec continuari, ac propterea non est liber transitus sanguinis & spiritus ad partes inferiores. Et ita credo, quod illæ venæ habeant cicatricem non facile consolidabilem. Vtrum sint omnino interceptæ & separatæ secundum totum, & quod partes planè dilent, & factus sit callus tam in parte superiori quam inferiori? Ego non D possum certò dicere. Quo ad neruos est facta laesio. Motus reuolutionis in manu & erventionis est impeditus, & nonnullorum digitorum: & credo, quod omnes illæ lesiones non sint æquales, & non omnes ex vulnere. Nam illi nerui qui sunt incisi ex vulnere, non recipiunt curationem, & non possunt consolidari: & cum sit vulnus in una parte, non credo quod omnes nerui sint æquilateri laesi, sed facto vulnere, debilitatur locus & affluit materia, & recipitur etiæ vicinis neruis, & propter frigiditatem & crassitudinē illa materia non facile resoluitur, & sic facta est obstructio, atque ita non solum haec laesio est ex vulnere, est etiam laesio tam in sensitius neruis, quam motiuis, & sic credo illam lesionem neurorum esse valde diversam, & non solum ex vulnere. In superiori parte non habuit motum, nunc autem incipit mouere humerum, cum antea non potuerit, quis materia affluxit ad illam partem. Vnde sapere euenit, quod vulnerato pede fit bubo, propter in F terceptionem materiæ. Sic & hic mouet humerum, propter medicamenta quae adhibita sunt, & materiam quae affluxerat, resoluunt. Ergo quicquid est incisum, est incurabile, & quo ad neruos, & quo ad venas & arterias. Qui vero sunt obscuræ, & refringentes propter affluxum materiæ, hipotiterunt curari, & maximè cum antea fuerit afflatus, propter quem non potuit mouere humerum, quem iam mouet. Quantum ad torturam oris, sum anceps, an aliquid sit incisum: audio tamen, G quod continuè melius habuit, & sic credo quod etiam materia defluxit ad illum locum. Sed quod est incisum non curatur, quod tamè certò non sciatur. Decura. Omnino tenet resolutionem, & nos potest